

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio V.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

QUÆSTIO V.

Quomodo debeat puniri, qui volens occidere Titium, ex errore occidit
Sejum? Et de intellectu Constit. Elect. 6.

part. 4.

SUMMARIA.

1. Error in persona Reum homicidii non excusat a pœnâ.
2. Discrepant Interpp. de pœnâ hoc casu Reo irrogandâ, varia adducunt fundamenta. n. 3. 4. 5. 6.
7. In foro Saxonico gladij pœna obtinet in homicidio ex errore personæ occisæ commissio.
8. Explicat. Const. Elect. 6. part. 4. n. 9. 10.
11. Non semper requiritur ut animus occidendi ad hoc, ut pœna homicidii locum habeat.
12. Homicidium errore personæ commissum quodnam dicitur.
13. Ex rubro nigrum est explicandum.
14. Quando actum per errorem gestum noceat generati.
15. Sententia Scabinorum Lipsens. n. 16.
17. Homicidium ex casu in aliâ personâ commissum quomodo puniendum sit. num. 18. 19. 20. 21. 22. 28. 29.
23. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 24. 25. 26. 27.
30. Quodnam homicidium casuale extraordinariâ pœnâ debeat coerceri.
31. Differt casus fortuitus à casu improvise.
32. Pœna occisoris, qui in rixâ mediatorem intervenientem necat. n. 35.
33. Sententia Scabin. Lipsens. n. 34. 36.
37. Cedes ex facto illicito exortia, quomodo coerceri debeat n. 38.
39. Sententia Scabinorum Lipsensium.
40. Casus impunitus non est, si dolus eum precedat.

1. Porro pœnâ homicidii ordinariâ quoque plectendus est, qui ex errore aliquem occidit, cum vellet occidere alium; Veluti si ferire volens eum cum quo rixatur, alium occidat. Ea; Quarta est Ampliatio Regulæ supra q. 2. traditæ.

2. Qua de re tamen interpretes omni ex parte non conveniunt, Equidem haud pauci arbitrantur, eum, qui Titium occidere volens, Cajum occidit non pœnâ homicidii ordinariâ, sed aliâ mitiori puniendum esse, Wesemb. in §. item lex Cornel. de sicar. §. Inst. de publ. jud. n. 2. vers. & si data sit opera. Carrer. in prax. crim. de homicid. §. 2. n. 57. Jacob. Damhonder. in prax. crim. cap. 85. n. 7. vers. ad huc modum si quisquam, Francisc. Ripa in l. fin. q. 21. n. f. C. de revocand. donat. Bartol. Capoll. cons. 33. n. 5. lib. 3. Philipp. Matth. in l. semper in dubiis. 56. ff. de reg. jur. n. 23. & seq. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cent. 4. casu 324 n. 10. Iason. in l. 1. ff. de LL. ubi dicit hanc opinionem in iudicando esse tenendam, n. 18. in pr. & vers. verius est, quod cum iste sit, & in l. si pater tuus. 4. ff. de hered. inst. n. 9. Andr. Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 14. n. 2. Prosper. Favina. part. 5. crim. quest. 125. n. 152. & 53. Mascard. de probation. lib. 2. concl. 864. n. 6. & seqq. Anton. Tessa. decis. 243. in f. ubi Senatium Pedemontanum 17. Decembr. Anno 1585 ita iudicasse, testatur.

3. Qui pro confirmandâ suâ opinione communiter adducunt L. illud. 3. §. in fin. ff. de injur. ubi qui voluit percutere servum proprium, & ex errore Titium hominem liberum, quem putabat servum suum esse, percussit, injuriarum non tenetur. L. si cum servo. 4. ff. eod. tit. Vbi injuriarum quoque non tenetur is, qui servum percutere volens, alium invitus percussit. L. Prospiciendum. 11. §. delinquitur. 2. vers. casu vero ff. de pœn. ubi casu perpetrasse homicidium dicitur, qui in venatione telam in feram missurus, hominem interfecit; Homicidium autem casuale pœnâ mortis non est coercendum.

Ex adverso, ordinariam mortis pœnam hoc casu Reo esse infligendam, alii numero etiam non pauci scribunt, Bartol. in l. 11. §. delinquunt. ff. de pœn. n. 7. ibi. ultimo pone quod volebam percutere usque ad fin. Salycet. in l. quoniam multa. C. ad L. Jul. de vi publ. n. 6. Anton. Gomez tom. 3. var. resol. cap. 3. num. 34. 35. Petr. Plach. in Epit. delict. cap. 27. Jul. Clar. in §. homicidium. num. 6. Johan. Harpr. in §. item lex Cornelia de sicariis. Inst. de publ. jud. n. 118. & seqq. Andr. Fachin. lib. 1. contr. cap. 37. Carol. Molin. in Consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 3. quest. 41. n. 253. Nicol. Boer. decis. 83. num. 1. & seqq. Ferdin. Vasquius libr. 3. contr. illustr. cap. 96. n. 32.

Hi pro stabiliendâ suâ sententiâ præcipuè elegant l. eum qui nocentem. 18. §. si injuria ff. de injur. ibi. Si injuria mihi fiat ab eo, cum sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Gajus Sejus, prævalet quod principale est, injuriam eum mihi facere velle; Nam certius ego sum, licet ille putet, me alium esse quàm sum, Et ideo injuriarum actionem habeo. Item, l. scientiam 46. §. qui cum aliter 4. ff. ad L. Aquil. l. si quis servo 20 sub fin. Cod. de furt. l. 15. qui cum telo. 7. C. ad L. Cornel. de sicar. quas latè explicat Harpr. in d. §. item lex Cornel. n. 218. seqq. Inst. de publ. jud. ubi etiam diluirationes & textus in contrarium adductos, quod & facit Fachin. dict. cap. 37. & Jacob. Thomingius decis. 38.

Et secundum hanc posteriorem ceu veriorè sententiam iudicandum esse, non modò suadent textus pro confirmatione eius à Doctõibus adducti, sed & in foro Saxonico hoc minus dubii habet ob manifestam Constit. Elector. 6. part. 4. in qua constitutum, Vt si quis occidere volens Titium, occidat alium, pœnâ gladii ordinariâ puniatur, simulque additur decisionis ratio in verbis: Diemeil aber darinnen wider Gottes Gebott auch ohne zweiffel gehandelt / vnnid nicht verneinet werden mag / daß es ein Todtschlag sey / &c.

Qua

8 Quæ sanè ratio teste Dan. Mollero *ad dist. const. 6. n. 2.* tam evidens & manifesta est, ut unicuique satisfacere meritò debeat: Et fortius stringit quàm textus ex Iure Civili à Doctoribus allegati, quorum *supra* mentio facta est.

9 Continent autem verba prædicta constitutionis duplex fundamentum quo nititur hæc decisio. Prius desumptum est ex Iure Divino in verbis: *Diu weil aber darinnen wider Gottes Gebot auch ohne zweiffel gehandelt.* Negari enim non potest, homicidium Iure Divino ieverè esse prohibitum, siue quis occidat istum, quem interficere sibi proposuit, siue etiam alium: de hac distinctione etenim in Iure Divino nihil reperitur, sed præceptum Dei generaliter loquitur, *Non occides:* Exod. 24. v. 14. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis eius,* Gen. cap. 9. *Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur.* Lev. 24. *Omnes qui gladio ferierint, gladio peribunt.* Matth. 26. *Qui gladio occidit oportet eum gladio occidi.* Apocal. 13. Qui textus cum generaliter loquantur, generaliter quoque intelligi debent, non habito respectu, num quis Titium vel Sempronium occidere voluerit, modò de animo & factò doloso occidentis cõstet, cædesque perpetrata fuerit.

10 *Posterius fundamentum* desumitur ex Iure Divino pariter & humano, in verbis: *Und nicht verneinet werden mag / daß es ein Todschlag sey.* Quo ipso diluitur ratio, quâ potissimum nititur opinio contraria; quod scilicet is qui volens occidere Titium, occidat Seium, respectu Seii nõ habuit animum occidendi: Etsi enim hoc concedendum, negari tamen nequit, homicidium fuisse commissum, & occidentem habuisse animum dolosum; etiã respectu Seii, si non in specie, tamen in genere, dum vult percutere seu occidere Titium, ex quo factò per sese illicito homicidium in Seium committitur, *l. quoniam multa facinora. C. ad L. Jul. de vi publ.* ex quo textu probari potest, si delictum aliquod tendat ad ea quæ sequuntur, facientem quoad omnia in dolo esse. Quis enim potest excusare à dolo invadentem cum exercitu in castrum alterius quoad homicidia, quæ hinc inde sequuntur? certè nemo. *Agi. Boss. de homic. n. 74.* adeoq; negari non potest, homicidium in persona Seii commissum, dolosum esse, ut quod ex facto probito & doloso exoritur.

11 Neque etiam ad hoc ut in crimine homicidii pœna gladii ordinaria locum habeat, præcisè requiritur animus occidendi, sed sufficit adesse animum dolosum, scilicet, ut quis dolosè det operam rei illicitæ, ex qua subsequitur homicidium, ita ut delicti autor verisimiliter aut cogitavit, aut cogitare potuit, aut saltem cogitare debuit, quod inde facilè successurum erat, prout demonstravi *supra* q. 1.

Quamvis autem prædicta Constitutio Elect. 6. part. 4. adeò sit clara, ut nullâ indigeat explanatione, attamen cum non uno eodemq; modo accidat, ut quis occidere volens aliquem, ex errore occidat alium, non immeritò dubitatur; An semper hæc Constitutio locum habeat, & occisor pœnâ gladii plectendus sit? Pro cuius resolutione tres potissimum casus ab invicem sunt distinguendi.

PRIMVS CASVS est, Quando error in ¹² persona committitur. Ut si quis nocturno vel alio etiam tempore volens occidere Titium, quem nocte vel etiam irâ commotus non benè cognoscere potest, aut planè illum non nõvit occidat Seium, quem Titium esse putat.

De quo casu *supra* allegati Doctores principaliter agunt, existimantes, absque dubio occidentè, qui in persona occisi erravit, gladio puniendum esse, ut qui certum subiectum percussit, Seiumque occidit ex proposito, licet existimaverit, eum fuisse Titium. Et de hoc casu Constitutionem Electoralem 6. p. 4. loqui, apparet ex rubrica: *Ob em Thäter mit dem Schwerde zu straffen/wann im Todschlag ein Irrthum an der Person bezangen ic.*

Per rubrum namque id quod in nigro habetur, ampliatur, & ex rubro nigrum explicandū est. *Everh. in topic. in loco 92. à rubro n. 11. Gloss. & Bartol. in l. un. C. de capitacione civiũ censibus eximen. Paul. de Castro in cons. 388. Salyc. & Alex. in l. 1. ff. si certum petatur.*

14 Neq; obstat huic sententiæ generalis regula, quâ dicitur: *Actum per errorem gestum generanti non nocere. l. si per errorem 15 ff. de iurisd.* *Ista enim regula de actu licito & honesto intelligenda est, qui si error interveniat nocere nequit; secus quando quid illicitè & dolosè agitur* ut in casu præsentis, quo licet error nil noceat, neq; profit, delictum tamen per se subsistit, & efficit ut occisor ordinariâ pœnâ plectatur.

15 *Et hoc de casu Constitutionem Electoralem Scabinos Elect. intellexisse apparet ex eorundem responsõ, dato Questori in Frensburg / hinc formabitur: Hat H. S. als er dem Scharfrichter vorgesetzt worden/betant/das der entleibte Lämpach in geringsten ihm nichts gethan/noch auch sein Gemüth gewesen/ ihm einigen Schaden zuzufügen/ sondern es hätte Sander Rulmannen/ mit welchen er in der Stuben über den Spielen uneins worden/ und ihn derselbe in die Augen geschlagen/ gefoht und gegolte/ Er auch nicht anders gedacht/bemelter Rulmannen weseres/ so bald er aber erfahren/ daß er Lämpachen beschädigt/were es ihm leid gewesen/nach mehren Inhalt seines gethanen Verlebens. So wird nunmehr die in vorigen Urtheil ihm iuerkante Straffe des Schwerts bittlich vollstreckt B. R. W.*

Mens. Febr. Anno 1616.

16 *Eandemq; pœnam gladii distulimus U. B. qui uxorem pictoris alicuius, in janua domus sibi obvientem interfecerat, putans, se maritum pictorem, quem gladio persecutus fuerat, necasse. Versus Radeburg! Ad requisitionem Curatoris prefectura. Mens. Sept. An. 1625.*

17 SECUNDVS CASVS est: Si quis velit offendere vel occidere Titium, quem benè novit & in eius personâ non errat, sed casu quodã offendit vel occidit Seium ibi proximè stantem vel prætereuntem.

Hoc casu ordinariâ mortis pœnam locum non habere, sed homicidam extra ordinem, adeoque mitiori pœnæ genere coercendum esse, putat Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. quest. eni 4. cas. 324. n. 9. Alexan. de Imola in addit. ad Bart. in l. respiciendum § fin. ff. de pœnis. l. si in l. 1. ff. de l. & in l. clam possidere 6. §. qui ad nundinas. ff. de acq. possess. & in l. si per errorem 15. ff. de iurid. Et Iohan. Harp. ad §. item lex Cornel de sicarius, n. 126. Inst. de publ. jud.*

12
Primus
casus.

14

15

16

17

17
Secundus
casus.
21. Homicidium
ex casu in
persona a-
stante com-
missum,
quemodo
puniendū?

C

Quo-

- 18 Quorum argumenta præcipua hæc sunt. *Primo*, quod tunc demum actioni injuriarum loc⁹ fit, quando aliquis Titium voluit percutere, & ex proposito percussit Sejum sibi ignotum, quem Titium esse putavit; quia videlicet certum est, eum hoc casu personam Seji veluisse percutere, injuriaq; afficere. *l. eum qui nocentem*, 18, §. *si iniuria ff. de iniuriis*. Ergo, inquit, à contrario sensu non tenebitur injuriarum, qui omnino nullum propositum Seji personam injuriandi habuit.
- 19 *Secundo* adducit Ioh. Harpp. l. 3, §. f. & l. 4. ff. *de insur.* ubi is, qui servum suum percutere volens, alium proximè adstantem invitus percussit, injuriarum non tenetur.
- 20 *Tertio* negari non potest, quod homicidium in Sejo perpetratum sit casuale; Homicidii autem casu fortuito commissi pœna vel proflus nulla, vel modica, & arbitraria est. *Farin. p. 5. oper. crim. quæst. 126. n. 5. & 59.*
- 21 At rectius, meo iudicio, defendunt contrarium Bartol. in *l. respiciendū* n. 11, §. *fin. ff. de pœnis*. *Iul. Clar. in §. homicidium n. 6. Salicet in l. quoniā multa facinora 6. C. ad L. Iul. de vi public. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 3. n. 5. & alii ab ipso allegati.*
- 22 Quorum opinio in foro Saxonico apprehendenda est, vel solum propter textum in Const. Elect. 6. part. 4. quam de hoc casu accipiendam esse, ipsissima verba Constitutionis suadent, ibi.
Ob einer so ihme fürgefert auf den zuschlagen / mit welchem er in Zwierracht gerathen / und in solchem Vorhaben einen andern erschlägt / erschneust und ermorder / am Leben zu straffen sey. Quæ verba expressissimè agunt de eo, qui volens ferire eum, cum quo rixatur, & quem benè novit, alium occidit; hunc autem gladio puniendum esse, manifestè ibidem disponitur. Quo & ratio facit Constitutionis Electoralis, quod nempe contra legem Divinam peccetur, & homicidium committatur: Quis autem inficias ire velit, hoc casu, de quo in presenti agimus, contra Ius Divinum peccari & homicidium committi, licet occidens alium voluerit percutere.
- 23 *Hanc, opinionem Bartoli & Iulii Clari sequuntur Scabini Elect. in pronunciando; Veluti ita responderunt Quæstor. lenensi: Dat N. N. in guten betant / daß er mit seinem Brodmesser / welches er zu dem Ende auß dem Hofen gezogen / daß er Wolff Rembden damit stechen wolte / C. H. Eheweibe / so Schwangers Leibes gewesen / einen Stich im Leibe zugefüget / daß sie am vierten Tage hernach / nach dem die unjetztige Leibsfrucht zuvor ohne Leben von ihr kommen / gestorben se. Da nun N. N. uf seinem gethanen Verleuteniß für öffentlichen gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharren / oder deß sonst / wie recht überwiesen würde / so möchte er von wegen solcher begangenen und betanten Entleibung / seines gethanen fürwendens ungeachtet / in deme er fürgeben / daß ers nicht gerne gethan / sondern obbenanten Rembden stechen wollen / weil er auch hterdurch einē Todtschlag begangen / hinwiderum mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W. Mens April. Anno 1622.*
- 24 *Simili ferè modo pronūciatum fuit, versus Salsfeld / so möchte er seines fürwendens ungeachtet / daß er nemlichen nicht gemeinet dem Entleibet / sondern C. O. einem Spörer / so acht Tage zuvor ihn in einer Beche bey Hanien Weinern veriret und geschlagen / einen Stich im Arm zugeben / seiner daran zugeheng*

den / und ihn ferer mit veriret und schlagen zuvers
 schonen, von wegen solcher begangenen und betanten
 Entleibung mit dem Schwert vom Leben zum Tode
 gestrafft werden / B. N. W. *Consulibus & Senatui,*
M. August. Anno 1606.
Pariter fuit dicta a pœna gladii H. S. qui exone-
rando silopetum in B. G. cum quo inimicitia ade 25
bat, ex casu improvise trajecit L. K. versus Dith-
ren / an Sebastian von Schwarz. M. O. b. An. 1612.
Eodemq; modo responderunt Domini in casu 26
planè simili, Ad requisitionem Iudicis oppidani
zu Auma. Mens Febr. Ann. 1617.
It. Ad consultationem Quæstoris in Hohenstein / 27
Mens Febr. Ann 1623.
 Neque obstant argumenta ab Harpp. in contra- 28
 riū adducta. Quantum enim ad *Primum*, Resp.
 argumentum à contrario sensu ex l. 18. §. *si iniu-*
ria, ff. de iniur. desumptum, cui aliàs in iure non
 semper firmum est, ita nec hoc casu valet, maxi-
 mè in foro Saxonico, propter textum expresse
 contrarium in Const. Elect. 6. part. 4.
Secundo: Ad l. 3, §. f. & l. 4. ff. *de iniuriis*, quod 29
 attinet, Respondet ipsemet Harp. in d. §. *item lex*
Cornelia, Inst. de publ. iudicis. n. 122 & 123. percu-
 tientem ibidem non habuisse animum iniuriā-
 di, nec operam dedisse rei illicitæ, quia servum
 suum leviter percutere & castigare voluit, quod
 procul dubio ipsi fuit permillum, *l. un. C. de emē-*
das. servor. In nostro verò casu percutientem &
 occidentem in dolo verari, rei; illicitæ ope-
 ram dare, extra dubium est.
Tertio: Non adversatur quoq; quod homici- 30
 dium casu fortuito commissum extraordinarie
 arbitrio iudicis coercendum sit. Distinguen-
 dum est inter casum fortuitum proveniente
 ex actu licito, & inter eum casum qui ex dolo
 provenit. In casu fortuito ex actu licito accidē-
 te, dicendum omnino, pœnam ordinariam lo-
 cum non habere; Secus verò si quis agat & ope-
 retur quid dolose cui superveniat casus, tunc e-
 tenim agens dolose de omni etiā quod casu sub-
 sequutum est, tenebitur: prout distinguitur in
 Const. Carol. *Crim. art. 146. von ungesehrlicher*
Entleibung / die wider eines Thäters willen ge-
schieht außserhalb einer Nothwehr. Vel distingue- 31
 dum est inter casum fortuitum, & casum impro-
 visum; In casu fortuito nulla præcedit culpa, ad-
 eoq; nec pœna ordinaria locum habet: In casu
 verò improvise quandoq; procedit culpa, quā-
 doq; etiam dolus, qui si homicidium subsequat-
 ur, meretur pœnam ordinariam, *gl. & Salic. in*
l. 1. in verbo plerumq; C. ad L. Cornel. de sicar. 32
 Ampliatur quoq; hæc opinio in eo, qui cum
 aliquo rixatur, eumq; percutere volens, percu-
 tit & occidit mediatorem, qui pacis conservan-
 de causā in rixa intervenit, quo casu occisor pa-
 riter pœna gladii ordinariā puniendus est, ex ra-
 tione dict. *Const. 6. p. 4.* quæ nō minus hūc locum
 habet, *Berl. ad dict. Const. 6. p. 4. n. 9. Thom. dec. necat?*
 38. n. 9. & *seq. Matth. Steph. ad art. 145 Ord. Crim. 33*
Ideoq; pœnā gladii dicta fuit à Scabini G. S.
qui pugione aliquem ferire volens occiderat me-
diatorem, qui componende rixæ causa interve-
nerat. Versus Bränsch. M. Aug. An. 1584.
Simili quoq; modo pronūciatum versus Hobe- 34
stein / cum B. S. in rixa matrem suam interveni-
entem interfecerat. Ad requisitionem Quæstoris.
Mens Febr. An. 1594. Cou

Limitas.

35 Contra: fallit hæc opinio in eo, qui insultatus se voluit defendere, & mediatorem, qui pacis conservandæ causâ in rixa intervenit, interficit. Is enim pœna legis Coræliæ de sicariis nõ tenetur, sed vel extraordinariè iudicis arbitrio, vel planè non puniri debet, maximè si mortis periculum evadere non potuit, *Iul. Clar. in §. homicidium. n. 31. Prosper. Farinac. in p. 5. oper. crim. q. 125. n. 142. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæst. cent. 4. cas. 324. n. 9. Berlich. part. 4. concl. 10. n. 11. Nicol Boer. decis. 83.*

Et hoc ita expresse dispositum in Carolin. Const. Crim. art. 145. So einer in einer rechten erwiesenen Nothwehr wider seinen Willen einen unschuldigen mit Stichen/Streichen/Würffen/oder Schießen / so er den nöthiger meinet / treffe und entleibet hätte / der ist auch von petulicher Straffenschuldiget.

36 Et in xtra hanc Constit. quotidie pronunciatur in Scabinatu. prout etiam nuperrimè respondimus versus Kempitz, quum quis ab alio insultatus aggressoris patrem intervenientem occiderat. *M. Mau Ann. 1628.*

Tertius casus.

Q. IV. Casus des ex facto illicito proveniens, quomodo puniri debeat?

37 TERTIUS CASVS est: Quando occisor neque errorem in persona occisi committit, neq; aliquem percutiendo ex casu superveniente alium occidit, sed solum dolose rem agit illicitam, & casu quodam accidente aliquem interficit. Veluti si quis grassetur ante fores Titii tempore nocturno, nesciens an Titius domi sit, vel non, & gladio pungat fenestram, vel exonerando archibusum globulum per januam trahat, cumq; qui casu fortuito stat in limine domus, occidat. Quo sanè casu negari non potest, occidentem verari in dolo, & rem agere illicitam, adeoq; dolosum committere homicidium deque omni eo teneri, quod exactu isto illicito dolose peracto subsequutum est, juxta tradita supra quæst. 1. n. 28. 29.

Haud itaq; vereor affirmare, occisorem hoc casu pariter gladio plectendum esse, ob rationè in Const. Electorali 6. p. 4. expressam, quod scilicet contra Ius Divinum fuerit peccatum & homicidium dolosum commissum. Quicquid etiam dicat *Ægid. Bossius ne homicid. n. 75.* existimans, dolum, neq; directè neq; indirectè hoc casu accommodari posse ad id, quod secutum est, ideoq; iudicem admonet, ut consulat Principem, quâ pœnâ delinquentem afficere debeat.

38 Et si ante annos aliquot pronunciaffe Scabinos invenio! Hat der gefangene M.S. in scharffer Fragen/damit er uff unser voriges Vertheil angreiffen worden / angesetzt und bekant / daser in Adam Wolffens Hoff zu Friesen / als er nach der Haußthür gangen/und die Wagd dieselbe vor ihm zugebracht/den Hahn auff seinem langen Rohr auffgezogen/solches auß Born und Frevel wissentlichen loßgedrucket/und durch die Hansbüchse geschossen / die Leute im Haus dadurch zu pochen/das sie ihm desto mehr geben solten / davon Adam Wolffens Sohnlein getroffen worden und gestorben n. m. i. S. vor Gericht/2c. Da nun der Gefangene auff seinen gethanen Detentnis vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde / so möchte er von wegen des an oberwehntes Adam Wolffens Sohnlein durch vorberürten Schuß begangene Entleibung/hinwider mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W.

Versus Neichenbach. Ad requisitionem Iudicis oppidani. M. O. Hob. An. 1604.

40 Neque obstat, quod homicidium casu magis accidit, quàm dolo occidentis. Casus namque tunc demum non nocet, quando quis licitis & permittis fungitur officii, & fortè fortunâ lædit vel occidit quempiam, quam læsionem vel occisionem antea non captaverat, ut loquitur *Damhouder. in prax. crim. c. 85. n. 6. seq.* secus si dolo casum præcedat, & quando quis rem agit illicitam, tunc casus superveniens non semper veniam meretur, *Auctor. consult. Saxon. tom. 3. part. 4. q. 13. n. 2. 3.*

QVÆSTIO VI.

An homicidium in rixa ex calore iracundia perpetratum, mortis supplicio puniri possit?

S V M M A R I A.

1. Referuntur Auctores negativæ sententiæ.
2. Argumenta huius opinionis. n. 2. & 3.
4. Delictum ex iracundia calore perpetratum, regulariter debet mitius puniri.
5. Difficilius est iram continere, quàm miracula facere.
6. Homo ira commotus non est in plenitudine intellectus.
7. Decisio huius Quæstionis affirmativa. n. 8. 9. 10.
11. Dispositio Iuris Saxonici hæc de re.
12. Iure Divino ira delinquentem à pœna homicidii non eximit.
13. Refutantur argumenta contrariæ opinionis. n. 4.
15. Quanam ira veniam mereatur. n. 16.
17. Sententiæ Scabinorum Lipsensium, num. 18. 19.

20. 21.

Q Vintò: Ampliari quoque debet Regula, quæ homicidii Reos gladio puniri jubet, in iis qui irâ commoti aliquem occidunt. Sæpius namque accidit, ut in rixa, vel ex calore iracundia, vel iusto dolore, alio vè animi affectu homicidium committatur, Quod, num pœnâ mortis coerceri debeat, dubitari solet?

Etenim non desunt, qui arbitrantur pro homicidio in rixa calore iracundiæ commissio, non pœnam ordinariam homicidii, sed aliam mitiorem arbitrio iudicantis imponendam esse, uti asserunt *Alber in l. si in rixa, post num. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar. Cyn. in l. is qui cum telo, n. 2. vers. & hoc C. ad L. Cornel. de sicar. Socin. in conf. 178. in fin. vers. primò quia. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. quæst.*

I
Referatur
opinio
negativa.

C 2

quæst.